

784

1682, 15 H
Mg 20

DISPUTATIO
DE
MODIS,
QUIBUS TOLLITUR
OBLIGATIO,

Quam

1 1/2

PRÆSIDE
ACADEMIÆ JENENSIS
h. t.
RECTORE MAGNIFICO
DN. P E T R O M Ü L L E R O,

u. J. D. & Prof. Ordin.

Ad d. Augusti cl. lcc LXXXII.

In Auditorio Jctorum

publicè ventilandam sistit

CAROLUS HENRICUS Wolff.

Gera - Variscus.

JENÆ, Characterè NISIANO.

M. Wolff



V I R O

Nobilissimo, Amplissimo atque Con-
sultissimo,

D O M I N O

CHRISTIANO Wolff /

In Dynasteia Geraviensi Justitiæ

Præfecto gravissimo,

Domino Patruo, Propatri ac Mecænati

suo filiali honore & obsequio æternum
prosequendo

hoc quale quale Academicum

specimen in debiti honoris, observantiæ
& grati animi documentum cum suo suorum-
que studiorum commendatione submitte

offert & dedicat

Carolus Henricus Wolff.

(o)

DISPUTATIO

De Modis, Quibus tollitur obligatio [a]

THESIS I.

Actenus de modis, quibus obligationes per conventionem constituuntur; nunc agitur de modis, quibus mutua liberatio contingit. Est autem liberatio [b] obligationis jure constitutæ jure facta dissolutio.

Th. II. Dissolvitur obligatio aut ipso jure, aut ope exceptionis, aut remedii. Ipso jure tollitur vel non nisi opera & factio aliquo extrinseco intercedente; & hoc fit vel verè, uti est *Solutio* s. numeratio pecuniæ l. 49. ff. d. solut. vel fittè, ut est *Acceptilatio*, *Novatio*, *Oblatio rei debite solennis*, *Compensatio*, *Contrarius partium contrahentium consensus*, *Insignis Creditoris rem sibi debitam auferentis petulantia*: vel tollitur absque facto & opera contrahentium, uti est *Interitus certa speciei debite*, *Confusio*, *Causarum lucrativarum concursus*, *Amissio rei debite*, *Decursus temporis lege obligationi præfiniti*, *Maxima & media capitis diminutio*. Ope exceptionis obligatio tollitur modis variis & penè infinitis, inter quos eminet *Exceptio pacti de non petendo*, *Rei judicata*, *Liberationis legata*, *Cessionis bonorum*, *Jurisjurandi*, *Transactionis*, *Metus*, *Doli*, *SC. Macedoniani*, *SC. Vellejani*, *Non numerata pecunia & alii*. Ope remedii, ut per in integrum restitutiones. Pro angustia chartæ modò perlustrabimus aliquot modos.

A

TH. III.

[a] De Liberationibus & Solutionibus scripsere Barnab. Briffonius. Joh. Gotfr. Freyer. De Acceptilationibus Seb. Medices. De Novationibus & Delegationibus Joh. Bapt. Schvarzenthaler. De Oblatione, Obfignatione & Depositione pecuniæ Georg. Schulz. De Jure offerendi Jac. Andr. Crusius. De Penitentia Henr. Balth. Roth. De Compensatione Joh. Borcholt. Sebast. Medices, Scipio Gentilis. De Interitu Albertus Brunus. De Confusione Obligationum Joh. Eichelius. De Transactione Joh. Baptist. Caccialupus. Christoph. Philip. Richter. [b] Liberationis vocabulum sono duntaxat tenus à solutione differt l. 47. d. V. s. l. 54. ff. d. solut. Materiâ tamen suggerente liberatio

TH. III. *Solutio* [c] est actus, quo id quod alteri debetur, & quocunque, eo, quò decet, modo, naturaliter præstatur, D. Struve *synt. juris. civ. exerc. 47. tb. 68.* Omnes possunt solvere, qui liberam rerum suarum habent administrationem. [d] Nec interest, solventes mares sint an foeminae. His enim si in rem suam & causis propriis se obligarunt, non prodest SC. Vellejanum. Ab ipso quoque debitore, an ab alio fiat solutio, nihil referre videtur *c. 72. d. R. 7. in 6.* liberatur enim & aliò solvente *pr. Inst. quib. mod. toll. obl. maximè, quod creditoris non interfit, à quo recipiat suum, si modò recipiat Manz. ad d. pr. n. 24.* etiam citra mandatum, Zæf. *d. solut. n. 4.* modò alieno nomine solverit *l. 17. ff. d. solut.* Fit quoque solutio ei, cui debetur & cui obligationem distrahendi est licentia Zæf. *ad tit. d. solut. n. 6.* Idem est dicendum de iis, qui contractibus sunt adjecti, quia qui adjecto solvunt, ipsi creditori solvere videntur *l. 59. ff. d. solut.* [e] Quid circa pupillos obtineat, vid. *l. 25. C. d. admin. tut. §. ult. Inst. quib. alien. lic. vel non.* [f] Solvi debet *totum l. 41. §. 1. ff. de usur. & præcisè id quod debetur, non aliud l. 2. §. 1. ff. d. reb. cred. & res propria, idque ob dominii translationem arg. l. 54. ff. d. R. 7.* Debet fieri solutio actuali seu naturali debiti præstatione justo tempore & loco *l. 39. ff. d. solut. Freyer. d. solut. cap. 5. n. 20.* Quâ facta tollitur obligatio *pr. Inst. b. t. sive sit naturalis l. 95. §. 4. ff. d. solut. sive civilis*

pro effectu solutionis, quâ creditum rescinditur, accipienda est. [c] Quanquam utrumque tam crediti, quàm solutionis vocabulum generaliter accipiatur, ita ut illius nomine veniat, quæcunque causa fiduciaria, seu ex quâ aliquando exigi potest *l. 1. & l. 2. §. creditum ff. d. reb. cred. l. 10. 11. 12. d. V. §. Hujus verò omnis liberatio quoquo modo facta veniat l. 54. 80. ff. d. solut.* Strictius tamen creditum pro mutuo *l. 2. §. 1. d. R. C.* Solutio verò *κατὰ τὴν φύσιν* pro ejus contractus naturali dissolutione intelligitur *l. 54. d. solut.* [d] Id quod fundatum est in dominii translatione Bachov. *ad Trentl. Sol. 2. disp. 29. tb. 2. lit. G.* [e] Etiam invito & prohibente stipulatore solvendo adjecto liberatur promissor *l. 12. §. pen. ff. d. solut. 16. ff. d. fidej.* idque propter quæsitum jus promissori alteri solvendi, quod invito non est extorquendum *arg. l. fin. ff. d. pact. nisi statum vel conditionem suam mutaverit. l. 38. pr. ff. d. solut.* Ipsi verò tantum adjecto, non etiam successoribus ejus solvitur *l. 55. ff. d. V. O. l. 9. ff. d. solut.* Habet enim nudam & personalem accipiendæ solutionis facultatem, quæ cum eò extingvitur Brisson *tr. d. sol. lib. 1.* [f] Quod in *d. l. 25.* dictum est de judiciali decreto, nequaquam extendendum est ad solutionem reddituum annuarumque pensionum, quarum solutio absque judiciali sententiâ rectè

civilis l. 5. C. d. pact. sive principalis, sive accessoria d. l. 95. §. 4. l. 3. §. vel ff. d. duob. reis. Et sic solutione debitor liberatur ab obligatione; etiam ii liberantur, qui pro eò intervenerunt, puta fidejussores, & mandatores pr. Inst. quib. mod. toll. obl. & creditor fit rei solutæ dominus.

TH. IV. *Acceptilatio* est imaginaria solutio, eine Scheinzahlung/seu, est modus, quo debitori interrogati verborum obligatio à Creditore per subsequentem congruam responsionem, æquè ac si solutio facta esset, remittitur. Ubi voluntas verbis declaratur & quidem per præcedentem interrogationem & subsequentem responsionem congruam l. 6. §. 3. ff. § l. 1. C. b. t. hodiè verborum conceptio non est necessaria, sed fieri etiam potest voluntate & consensu quocunque modo declarato. Per acceptilationem tantum solvuntur obligationes, quæ verbis consistunt, non etiam cæteræ, quæ re, lictis, vel consensu contrahuntur. [g] Per ejusmodi interrogationem & responsionem congruam æquè remittitur obligatio, atque si solutio facta fuisset, quamvis revera facta non fuerit: unde etiam dicitur *imaginaria solutio*, & æquè ac ipsa vera solutio obligationem ipso jure extingvit. [h]

TH. V. *Novatio* [i] est prioris debiti in aliam obligatio-

A 2

nem

fieri potest. *Nota*: Mulieres, cum jure civili quosvis contractus celebrare possint, etiam sine ullius curatoris interventu solutionem recipiunt. l. 6. C. d. revo. donat. In foro verò Saxonico distingv. inter Jus commune Saxonicum & Electorale. Illo jure innuptæ scæminæ etiam sine curatoris consensu solvi potest, sed nuptæ non aliter, quam consensu ejus accedente Pingizer qv. 33. n. 11. Rauchb. lib. 1. qv. 32. n. 30. Hoc verò sine Curatore super debito sibi solutõ Quittantiam facere ac debitorem suum liberare nequit Carpzov p. 2. c. 15. d. 3. [g] Prout quisque contractus initus est, ita & solvi debet l. 80. ff. d. solut. quemadmodum igitur cum re contraxerimus, re solvi debet; & quod consensu nudo contrahi solet, etiam dissensu contrario dissolvi potest d. l. 80. ita verbis ligata verbis sunt solvenda, & verborum obligatio contrariis verbis tollitur l. 35. ff. d. R. J. Manz. ad §. 1. Inst. quib. mod. toll. obl. [h] *Nota* I. Minus rectè acceptilationem à nonnullis dividi in *Simplicem* & *Aquilianam*, cum tamen hæc divisio pertineat potius ad ipsam stipulationem seu novationem, per quam obligationes re aut consensu constantes in obligationem verborum transferuntur. II. *Acceptilatio* nec diem, nec conditionem admittit l. 4. l. 5. ff. d. solut. cum sit actus legitimus l. 77. ff. d. R. J. Tacitè tamen sub die & conditione fieri potest, si scil. debitum conditionale vel in diem dilatatum acceptõ feratur l. 12. ff. d. solut. per l. 195. d. R. J. [i] *Novatio* in generali sua signifi-

nem vel civilem vel naturalem transfusio. Fitque vel manente eadem personâ; & dicitur *novatio in specie dicta*, vel eadem mutata, & *delegatio* dicitur §. 3. *Inst. quib. mod. toll. obl. l. 1. ff. d. novat.* Novare possunt omnes, qui sunt sui juris *l. 20. ff. d. novat.* & quibus rectè solvitur *l. 10. ff. eod.* ex jure proprio, non nudoministerio *l. 16. vel per se, vel per alios d. l. 20. ff. eod.* Novarique potest omnis res & obligatio *l. 2. ff. eod.* sive verè sive fictione juris existat *l. 31. ff. eod.* per moram in re debita *l. 72. §. 3. ff. de solut.* sive sit obligatio naturalis, sive civilis, D. Struve *synt. jur. civ. 47. tb. 59.* Debet autem de mente contrahentiū expressè constare, ita ut specialiter remiserint priorem obligationem, & hoc expresserint, quòd secundam magis præ anteriori elegerint *l. ult. C. d. novat. §. 3. Inst. qu. mod. toll. obl.* ita ut hodiernum nunquam ex conjecturis novatio colligatur, sed contrahentium expressa declaratio desideretur Carpzov. *in resp. Elector. lib. 5. t. 9. Resp. 105. n. 9.* quod & in delegationibus observatur Carpz. *p. 2. c. 19. d. 16. n. 9. & d. Resp. 105.* Qui ita novat, solvisse dicitur *l. 21. §. 3. ff. d. ann. legat.* & sicut solutione, sic novatione ipso jure tollitur anterior contractus §. 3. *Inst. l. 31. §. ff. de novat.* [k]

TH. VI. Oblatio est rei debitæ representatio Bocer. *part. 1. class. 4. disp. 19. tb. 56.* Ejusque species sunt duæ: *Verbalis*, quando quis verbis tantum offert se paratum solvere, vel præstare, cum non habeat pecuniam, vel aliam rem, quam vult. debetve præstare,

re,
 catione accepta partim improprie, partim proprie dicitur novatio. Improprie, quoniam continet in se necessariam novationem, quæ fieri dicitur per litis contestationem, vel per sententiam *l. 11. §. 1. l. 29. ff. d. novat.* Strauch. *dissert. 17. §. 7.* Proprie, quia in se continet veram novationem, quæ prior obligatio perimitur & nova constituitur, quæ communiter *voluntaria* dicitur, continens in se & novationem in specie dictam & delegationem *arg. §. 1. Inst. qu. mod. toll. obl.* [k] Quod verum est tam quoad principalia, quam accidentalia Struve *exerc. 47. tb. 60.* Sic hypothecæ, fidejussores & pignora relaxantur *l. 18. ff. d. novat.* Nisi convenerit, ut pignora in nova stipulatione repetantur *l. 11. ff. d. pign. act. l. un. C. etiam ob chirograph.* Sic actio tutelæ & dotis *l. 29. ff. d. novat.* funebrium expensarum prerogativa *l. 17. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* Separationis indultum *l. 1. §. 10. ff. d. separat.* & paratæ executionis beneficium *l. 2. C. d. execut. rei judic.* & competentis privilegium in donatore *l. 37. ff. d. novat.* & marito respectu reddendæ dotis *l. 41. d. re judic.* amittitur; Usurarum cursus præcluduntur *l. 18. §. 19. ff. d. novat.* pœna evitatur *l. 15. ff. eod.* mora purgatur *l. 17. ff. d. condict. furtiv.*

re, Schneidew. *ad §. fin. n. 12. Inst. quib. mod. toll. obl. & Realis*, quando pecunia vel res quæ offertur est præsens; Hæc itidem est vel *Nuda*, in qua præter solam oblationem nihil amplius intervenit, vel *Solennis*, quando concurrunt (1) Oblatio pecuniæ debita (2) Oblata, sed à creditore non accepta, obsignatio, & denique (3) obsignata in locum publicum depositio *l. 28. sub fin. ff. d. admin. & peric. tut.* Ut autem oblatio dicatur justa, requiritur (1) ut debitor debitum offerat realiter *l. 19. C. d. usur.* (2) ut ipsam rem debitam in debita qualitate & bonitate offerat *arg. l. 3. ff. d. reb. cred. nec enim aliud pro alio offerri potest arg. l. 9. C. d. solut.* (3) ut totum debitum offerat *d. l. 9. C. d. solut.* (4) ut debitum integrum realiter offeratur loco congruo & oportuno *d. l. 9.* (5) ut tempore quoque congruo & oportuno fiat oblatio *l. 6. C. d. usur.* (6) ut oblatio rei debita fiat testatò *l. 6. l. 19. C. d. usur.* [1]

TH. VII. *Compensatio* est debiti & crediti inter se contributio *l. 1. ff. d. compens.* Dispescitur in *Necessariam*, quæ invito actore, non nisi coram iudicio fieri debet; & *Voluntariam*, quæ consentiente actore vel in vel extra iudicium fieri potest. In necessariam non nisi res quantitatis veniunt h. e. res fungibiles s. quæ numero, pondere & mensurâ constant. *Quantitatis ergo cum quantitate, vel generis cum genere sive potius rerum sub genere compensatio valet l. 4. & 5. ff. d. compens.* [m] Regulariter [n] compensare possunt omnes, quibus vicissim ab iis, a quibus conveniuntur

[1] Non tantùm ipsi creditori, qui rerum suarum habet administrationem, fieri potest hæc oblatio, sed etiam interdum aliis creditoris nomine, puta Procuratori tam generali, quàm speciali *l. 12. pr. ff. d. solut.* non tamen ad litem dato *l. 86. ff. d. solution.* Item Tutori ac Curatori, cum decreto tamen & præcepto Iudicis, ad id, ut plenissimam securitatem consequatur per textum in *l. 25. C. d. admin. tut. & cur.* [m] Hæc regula tribus innititur conditionibus (1) ut res sub uno non diverso genere contineantur. Sic oleum cum oleo, non verò oleum & vinum compensatur. Tyndar. *tr. d. compensat. art. 3. n. 7.* (2) ut res ejusdem sint qualitatis sive bonitatis *l. 4. C. d. compensat.* Sic rectè vetus vinum cum veteri, non item cum novo compensatur. (3) Ut res sint fungibiles; Sufficit autem hîc maximè functio generica [n] Dicitur regulariter: Nunnquam enim extra regulam & quidem octo potissimum ob causas, quæ recensentur in *l. 3. C. & l. 20. ff. d. compens.* item *l. 46 §. 5. ff. d. jur. ff.* Civitas aut fiscus respuit compensationem. Idque jure planè singulari in

untur, rursus aliquid debetur, sive debitores sint privati alicujus
l. 1. § 101. tit. ff. C. d. compens. sive Fisci l. ult. ff. eod. l. 46. § 5. ff. d. jur. fisci. aut Civitatis l. 3. C. eod. Donell. lib. 16. comment. cap. 15.
Depositarius tamen ob maximam fidei exuberantiam nulla com-
pensatione nec reconventionem, aut ulla alia exceptione deponen-
tem removeri aut impedire potest, sed quod accepit, reddere illi-
cò tenetur *l. ult. C. d. compensat.* Idem dicendum de *Spoliato-*
re, utpote qui etiam nullo unquam tempore, nulla ex causa com-
pensationem instituire valet, cum spoliatus ante omnia sit restitu-
endus per *l. ult. C. eod.* Justinianus ipso jure locum fecit compen-
sationi in quocunque judicio, sive sit bonæ fidei, sive stricti juris,
sive agatur in rem, sive in personam *§. 30. & 39. Inst. d. action.*

TH. VIII. *Contrarius partium contrahentium consensus,*
seu *contraria voluntas* est modus quo per contrariam creditoris
& debitoris voluntatem obligatio contracta ipso jure tollitur sc.
si res est integra *l. 35. d. R. 7.*

TH. IX. *Insignis Creditoris rem sibi debitam auferentis petu-*
lantia facit ut jus suum amittat *l. 13. ff. quod met. caus. l. 10. C. d.*
und. vi. Mevius p. 4. dec. 220. Quid in foro Saxonico obtineat vid.
Philippi lib. 4. in us. pract. ad Inst. eccl. 12.

TH. X. *Interitus rei debite* est liberationis modus, quò re
certâ absque morâ, culpâ, factove debitoris fatali casu peremtâ à
rei præstatione debitor liberatur *l. 45. ff. d. O. & A. l. 23. l. 33. l. 37. ff.*
d. V. O. Estque vel *naturalis*, vid. *l. 23. d. V. O. l. 107. d. solut. vel*
Civilis, vid. *l. 83. §. 5. d. V. O. Bocer. part. 1. class. 4. diff. 19. th. 5.*
& seq. (0)

TH. XI.

Reipublicæ emolumentum & commoditatem *arg. l. 3. C. d. jur. Reip.* Vid. Car-
pzoj. *p. 1. c. 8. d. 9.* [0] Requiritur autem ad dissolvendum interitu rei obli-
gationis nexum, *ut sit res certa vel species l. 23. l. 33. ff. d. U. O.* & ista absque
mora vel culpâ factove debitoris interiisse dicatur. Si enim per debitorem
stat, quo minus præstet rem, periculum ad eum spectat *l. 5. ff. d. reb. cred.* Cer-
tum autem dicitur, cujus species vel quantitas, quæ in obligatione versatur, qua-
lis quantaque sit, ostenditur, aut nomine suo seu proprio, ut Stichus; aut ex de-
monstratione, qua nominis vice fungitur, certæ nimirum rei locive, in quo res
aliqua continetur: ut vinum, quod est in ista cella; frumentum quod est in
isto horreo *l. 6. ff. d. reb. cred.* Richter. *decis. 99. n. 13. Nota: I. Si genus seu*
quantitas non certa aliqua species debetur v. gr. bos, equus: hujus vel illius
interitu debitor non liberatur, quia species, non genus perit l. 30. §. 3. ff. ad L.

Th. XI. Confusio (absolutè & in sua natura considerata,) est actus, quo duo jura sibi invicem relativè opposita in unam eandemque personam concurrunt. Per confusionem extinguuntur obligationes in eandem personam, si in una eademque numero obligatione utrumque jus, tum quod creditori active, tum quod debitori passive adheret, in unam coincidit personam, veluti si creditor debitori, vel debitor creditori succedit, confusio inducitur, & obligatio non secus ac per veram solutionem ac comparisonem plane perimitur *l. 95. §. 2 ff. d. solut. l. 21. §. 1. ff. d. liber. leg. l. 1. §. 18. ff. ad L. Falcid.* Nemo enim sui ipsius creditor & debitor esse potest *arg. l. 14. pr. ff. d. jur. codicill.* [p]

Th. XII. Causarum lucrativarum concursus facit ut debitor liberetur, si eadem species ex causa lucrativa ad creditores pervenerit, *l. 17. 18. 19. ff. d. obl. & act.* nisi prius æstimationem consecutus sit, nam tunc rem ipsam petere posset *§. 6. Inst. d. legat. & l. 61. d. solut. l. 83. §. 6. d. V. & O.*

Th. XIII. Amissio rei debita, qua res, dominio subjecta sine hominis facto casu ita excidit, ut penitus ignoretur ubi sit, facit, ut damnum rei debita creditoris sit, v. gr. emtoris ante traditionem *§. 1. Inst. d. emt. vend. arg. l. fin. C. d. per. & comm. rei vend.* qui nihilominus solvere tenetur pretium *dd. text. arg. l. 5. §. 2. ff. d. rescind. vend. l. 20. §. 1. d. præscr. verb.* modò tamen in mora tradendi non fuerit *arg. l. 23. l. 83. §. 5. d. V. O.* [q] nec culpâ suâ & in specie

*falcid. D. Struv. exerc. 47. th. 24. II. Q Si dua species alternativè seu disjunctim sint in obligatione, puta : bos aut equus, quamvis una perierit, nihilominus altera, quæ lupereft, debetur l. 95. in pr. ff. de solut. Richter. d. l. n. 120. III. Interitus rei ex pluribus indefinitè debita non liberat debitorem, incertæ enim res non pereunt d. l. 30. ad L. falc. IV. Res æstimata si perierit, nihilominus æstimatio ejus debetur l. 1. §. fin. ff. d. æstim. act. [p] Hoc casu fidejussores ceteriq; adpromissores liberantur, utpote cum pro eodem apud eundem debere non possint l. 34. §. 8. in fin. ff. d. solut. nullusque adsit reus, pro quo debeant, & nulla res, quæ debeat l. 38 §. 1. ff. d. fidej. & destructo principali corrumpitur simul accessorium l. 129. §. 1. l. 178. d. R. F. Q. Si plurium obligationum in unam eandemque personam fiat concursus, an fiat confusio & una alteram perimat? Distingv. an illæ concurrentes obligationes sint ejusdem, an diversi generis. vid. Lauterb. diff. d. Confusio th. 50. [q] Quamvis verò liberetur ab obligatione tradendi, cedere tamen tenetur, quas rei amissæ nomine habet, actiones *arg. §. 3. Inst. d. emt. vend. l. 35. §. 4. ff. d. contr. smt. Brunnem. tr. d. cess. c. 3. n. 6.* qua cessione factâ etiam fidejussor à suâ obli-*

Specie rem amissam debuerit, tunc nihilominus ad rei præstationem obligatus manet *d. §. 3. Inst. d. emt. vend.* [r]

TH. XIV. *Decursus tempore lege definitus* liberat etiam debitorem, de quo agatur intra *d. fato & transi. action.*

TH. XV. *Maxima & media capitis diminutio* perimit obligationem, sed tantummodo ex parte debitoris, qui nulla actione amplius conveniri potest *l. 1. pr. ff. d. cap. minut.* salva tamen, manente actione creditori, qui adversus eum, ad quem bona sunt devoluta, agere potest *d. l. 1. d. cap. min. e. gr. fiscum, l. 5. C. d. sentent. pass.*

TH. XVI. *Ope exceptionis* tolli obligationem variis modis dictum est *th. 2.* De exceptione pacti de non petendo vid. *l. 27. §. 2. d. pact. l. 95. §. 4. d. solut.* in delictis quoque privatis veluti furti, injuriarum, etiam pacisci licet *l. 5. §. 7. d. adm. tut. l. 7. §. 14. l. 17. §. 1. d. pact. & actiones per illud pactum, quia legitimum est, ipso jure tolluntur d. l. 17. §. 1. d. pact.* De except. Rei judicatae *§. 5. Inst. d. except. tot. tit. ff. d. except. rei judic.* De exc. Liberationis legatae *§. 13. Inst. d. legat. l. 1. 2. & 3. l. 15. & 20. d. liber. legat.* De exc. Cessionis bonorum *§. ult. Inst. d. act. §. 1. d. replic.* De exc. jurisjurandi *§. 4. Inst. d. except. l. 95. §. 4. d. solut.* De exc. Transactionis vid. *l. 2. l. 4. l. 5. l. 15. ff. 6. & l. 4. l. 6. l. 15. l. 28. l. 40. C. d. transact.* De exc. Metus vid. *l. 116. §. 1. d. R. J. l. 1. l. 21. quod met. caus. l. 3. 4. 5. 7. C. eod. l. 13. C. d. transact.* De exc. Doli vid. *§. 1. Inst. d. except. l. 2. §. 5. d. dol. except.* [s] De reliquis exceptionibus agitur *in ff. & C. suo loco & ordine.*

gatione liberatur, per ea quæ habet Hering. *d. fidejuss. c. 20 §. 27. per tot.*
[r] Si quis tamen actione ex contractu condemnatus ad rei, culpa amissæ, æstimationem fuerit, & dominus, qui accepit pretium, eandem rem postea repererit, aut in ejus potestatem venerit, non potest simul & rem & pretium retinere, cum contra bonam fidem esset *arg. l. 57. ff. d. R. J. l. 2. ff. d. cond. sine caus.* [s] Contractus enim stricti juris sive incidenter in eos dolus venerit, sive per se & initio, subsistunt & exceptione opus est *§. 1. Inst. d. except.* Contractus autem bonæ fidei, quibus dolus causam dedit, ipso jure nulli sunt *l. 7. pr. d. dol. l. 16. §. 1. d. minor. l. 3. §. ult. pro socio.* Incidens verò vel per ipsum contractum *l. 7. §. 3. d. dol. l. 3. §. 4. d. act. emt.* vel opposita exceptione doli purgatur & vindicatur *l. 38. l. ult. d. hered. petit.* Vid. supra disputat. *de conventionib. in genere 36. th. 14.*

COROLLARIA.

I.

Compensatio non solum post latam sententiam opponi potest, sed & insuper post interpositum appellationem Sebast. Medic. 2. qv. 25. n. 3. modo compensatio ita comparata sit, ut sit (1) debiti liquidi (2) puri h. e. statim exigibilis (3) debiti mutui, seu quod utrinque debetur.

II.

Debitum in diem aut conditionem dilatum compensari nequit l. 7. d. compensat. nisi dies humanitatis gratia ad solvendum sit indulgeta l. 16. §. 1. ff. eod. d. except. p. 3. c. 6. n. 22. 24.

III.

Sors annuis redditibus cum exigi nequeant, nec in compensationem deduci potest; Quoniam tamen venditori jus est offerre fortem, eidem compensandi facultas non denegatur Molin. d. usur. qv. 43. n. 324.

IV.

Si quis juravit se soluturum; potest tamen opponere compensationem, quia hæc pro solutione habetur, modo tempore jurisjurandi adfuit mutuum debitum; Si verò non adfuit, jurans non poterit compensare, quia de eo ne quidem cogitare potuit. Hahn. ad tit. d. comp. n. 10. Aliud est, si quis juravit realiter se soluturum, tum enim compensationi non est locus, etsi subfuerit ab initio mutuum debitum, Vid. Joh. de Lugo disput. 10. sect. 6. n. 117.

V.

Creditori quandoque saltem offerri potest (1) si totum non est liquidum Carpz. lib. 5. resp. 99. n. 8. (2) Si aliter inter debitorem ac creditorem conventum fuerit l. 41. §. ff. d. usur. (3) Si favor libertatis hoc svadeat arg. l. 4. §. 6. d. stat. lib. (4) in annuis pensionibus ab emphyteuta fundi patrimonialis solvendis l. 4. C. d. collat. fund. patrim. lib. 11. (5) In casu juxta Recess. Imper. d. anno 1654. §. So vielkum die Capitalia. adde Colleg. Argent. ad tit. d. solut. lib. 11.

Sua

Sua fuerunt laude maximè digni
Placidissimo quos hæctenus Themis vultu
Sibi consecrata ventilare doctinam
In fede vidit, obligatio possit
Queis contrahi modis. Premendo laudanda
Vestigia hæc, exponis omnibus contra
Modos, queat queis obligatio tolli,
Non absque laude. Plura comprecor (fausta!

Grat. animo scr.

PRÆSES.

Ergo lupi gesta cordatum in corpore Wolff
Pectus, ni sterni vique dolique velis
Dum vasto in Themidos campo spatiatus & ictus
Nil tremis, Astreâ vindice victor abi.

hæc gratulab. adiciebat

Caspar Posner, Prof. Publ.

Wer sich mit Themis will verbinden
In ihrer Huld und Gunst zu seyn /
Und durch Sie Ehr und Ruhm empfinden
Bis an des Phoebus güldnen Schein.

Der muß sich machen wohl bekand
Die Rechte / so find er ein Band

Ein solches hat Herr Wolff gefunden
Durch seinen unverdroßnen Fleiß.
Und sich mit Themis fest verbunden
Daß Sie Ihn krön mit Ehr und Preis
Weil Er so manchen Tag und Nacht
Das Recht zu lernen hat vollbracht

Drüm kan Sie ja nicht von ihm lassen /
Denn Sie erwartet seiner schon
Mit Lob und Ruhm Ihn zu umfassen
Daß sie Ihm geb den teuren Lohn.
So fahr Er nur / O Werther / fort
Zu kommen an den Ehren-Port.

Dieses setzte zu Ehren hinzu des Herrn Resp.

Tischgesellschaft.

(3725.754)

Juca, Diss., 1682


ULB Halle
004 216 27X

3



WMA







784

1682, 15^H
20

DISPUTATIO
DE
MODIS,
QUIBUS TOLLITUR
OBLIGATIO,

PRÆSIDE
ACADEMIÆ JENENSIS
h. t.
RECTORE MAGNIFICO
DN. PETRO MÜLLERO,

u. J. D. & Prof. Ordin.

Ad d. Augusti cl. lcc LXXXII.

In Auditorio Jctorum

publicè ventilandam sistit

CAROLUS HENRICUS Wolff.

Gera - Variscus.

JENÆ, Characterè NISIANO.

Handwritten signature

